

## ASTERIUS Sophistes († post 341)

IN PSALMUM XIII<sup>1</sup>

<sup>PG</sup>  
<sup>55, 555</sup> 4. [...] Ἰωάννης γυμνὸς ἀναχωρεῖ, Πέτρος ἀρνεῖται, οἱ μαθηταὶ φεύγουσι, τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τὴν ψυχὴν ἡ βομφαία τῆς ἀμφιβολίας διέρχεται. [...] Καὶ ἐπληροῦτο τό· «Δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν». Ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστός· «Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλεν»· ἐκ τῆς παρθένου ὁ Κύριος.

<sup>PG</sup>  
<sup>55, 555</sup> 4. [...] Ioannes nudus recedit, Petrus negat, discipuli fugiunt: 205  
ipsius Mariae matris animam gladius dubitationis pertransit. [...] Et impletum est illud, *Iustitia de caelo prospexit*.<sup>2</sup> Ex Patre Christus,  
*Veritas e terra orta est*: Dominus ex virgine.

## S. APHRAHAT Syrus († ca 345)

DEMONSTRATIONES<sup>3</sup>

<sup>PS</sup>  
<sup>I, 130</sup> Demonstr. III, 14. [...] Sicut autem in oratione ieunii eius ad 206  
istum venit, ita quoque Zachariae preces ille Gabriel Deo repre-  
sentavit, quando Iohannis nuntiavit ei nativitatem. Ait enim ei:  
*Exaudita est deprecation tua ante Deum*.<sup>4</sup> Item et Mariae preces obtulit  
Deo, eique Christi nativitatem evangelizavit, dicens: *Invenisti gra-  
tiam ante Deum*.<sup>5</sup> \* Neque aliter invenit Maria gratiam, nisi ieunio  
et oratione sua.

<sup>PS</sup>  
<sup>I, 418</sup> Demonstr. IX, 5. Hi sunt humilitatis amatores, qui perfectam 207  
concordiam cum omnibus servant. Humiles filii sunt Altissimi et  
fratres Christi, qui, postquam adnuntiatus est, ad nos, pacis gratia,  
venit, eumque Maria propter humilitatem suam suscepit. Cum enim  
Mariam beatissimam Gabriel evangelizavit, ita dixit: *Pax tibi, bene-  
dicta inter mulieres*.<sup>6</sup> Pacem ergo Gabriel sumpsit, Fructum bene-  
dictum detulit, dilectaque Proles in Maria seminata est. Illa autem

<sup>1</sup> Exstat inter *spuria* Chrysostomi, sed est Asterii Soph. Cf. Lau 162.

<sup>2</sup> Ps. LXXXIV, 12.

<sup>3</sup> «Demonstrationes» editae uti «Sermones S.P.N. Iacobi Nisibeni», Roma 1756, a Nicolao Antonello, sunt S. Aphrahat Syri. Cf. G. RICCIOTTI: *Afrate*, in «En. Catt.», vol. I, 377.

<sup>4</sup> Le. I, 13.

<sup>5</sup> Le. I, 30.

<sup>6</sup> Le. I, 28.

Dominum laudavit et magnificavit *quia respexit humilitatem ancillae suae*, \* superbi autem et potentes ei non placuerunt; et Altissimus <sup>\*119</sup> exaltat omnes *humiles*.<sup>1</sup> Vide ergo, carissime, ad humiles pacem accurrere.

208 Demonstr. XXI, 9. [...] Ioseph namque a patre suo vestitus est <sup>PS</sup>  
tunica fimbriata; Iesum autem Pater eius corpore induit de Virgine <sup>I, 954</sup>  
[adsumpto].

209 10. [...] Maria stabat super ripam fluminis, Moyse aquis innataente; Maria peperit Iesum, Gabriele angelo ei annuntiante. <sup>PS</sup>  
<sup>I, 959</sup>

210 Demonstr. XXIII, 20. [...] Iacob genuit Ioseph, et Ioseph vocatus est pater Iesu Christi; Iesus autem natus est de Maria virgine, e semine domus David, de Spiritu sancto, sicut scriptum est: *Ioseph cum Maria desponsata sibi, ambo de domo David*.<sup>2</sup> Et Apostolus testatur *Iesum Christum* fuisse ex Maria, *de semine David, in Spiritu sancto*.<sup>3</sup> Ioseph pater Iesu appellatus est, licet non sit ille de ipsius semine natus; verum paternitatis nomen ab Adam usque ad Ioseph \* per sexaginta et tres generationes derivatum est. Nomen paternitatis a Ioseph sublatum est, et Christo impositum. De Ioseph igitur nomen paternitatis, de Iohanne nomen sacerdotii accepit, et de Maria corpus induit, et nomen generationis suscepit. <sup>\*66</sup>

## MARIUS VICTORINUS Afer (ca 300 † post 362)

### ADVERSUS ARIUM

211 Lib. I, XXXV. [...] Λόγος est ad Deum, in confessio est. Quid est λόγος? Per quem omnia, et in quo omnia, et in quem omnia; istum esse et Iesum in confessio est. Quod λόγος est filius Dei, filius autem Iesus de quo dicit Paulus: *Qui nos eruit de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii charitatis suae*.<sup>4</sup> Quis igitur iste filius? Ipse, inquit, *in quo habemus redemptions, per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum*<sup>5</sup> nostrorum. Iste qui est? Qui natus est ex Maria. Quid deinde? Istud solum? Numquid maxime quod in eo, qui ex Maria erat? Erat et ante quam ex Maria. Quid autem inducit,<sup>6</sup> *qui est imago Dei*? Numquid hoc solum, de Maria? Non:

<sup>1</sup> Lc. I, 48, 51, 52.

<sup>2</sup> Lc. II, 4, 5.

<sup>3</sup> Rom. I, 3, 4.

<sup>4</sup> Coloss. I, 13.

<sup>5</sup> Ibid. 14.

<sup>6</sup> Ibid. 15.

● EUSEBIUS EMESENUS († ca. 359): PG 86 513, 520, 545.